

F 371

*Grand
no*

Ar

omnia

quando

Quis

Mea

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS,

Juratus

*Cos exemplaria graeca
Nocturna versate manū, versate diurnā*

A.

*Qui non graeca simul iungit
documenta latinis
Is veri volūnomen laborū iugit*

MEO SIMIL

Juratus

*Anno THO Xpisorias
CIC IC3 XVII*



QUID EST SCHOLASTICUS:

SCHOLASTICUS est Persona ordinata
Voluntate Dei ad difformandam Doctrinam Generi hu-
mano necessariam De Deo et alijs reb. bonis.

UNDE DICITUR

Ἐκ τῆς λέξεως σχολάειν: Quod est ἀπὸ τῆς λέξεως
ab otio. **Σχολάειν** autem significat non quidem
otio ignavo disfluere: Sed immunitatem a reliquis oneri-
bus uni tantum rei vacare.

DE PHILOSOPHIA

Definitio nominis: φιλοσοφία ἐστὶ ἀφίλος id est
amicus uel φίλος: amor et doctrina: sapientia.
Idem igitur e graecis, quod latinis amor uel studium
Sapientiae Cic. Lib. 2. offic. **Definitio rei:** Plato sic
definit: φιλοσοφία ἐστὶ τῶν θεϊκῶν καὶ ἀνθρώπων
ἰσχυρῶν ἕνεκα ἢ ἐφιλοσοφία ἐστὶ rerum diuinarum
et humanarum earumque quibus haec res pertinent scientia ἢ ἐ-
φιλοσοφία ἐστὶν ἀφίλου ἀφίλου ἀφίλου ἀφίλου
Philosophia est artium cognitio liberalium omnium sicut
illa docentur de rebus diuinis, diuinarumque rerum
causis, ut Theologia, siue de reb. humanis, humana-
rumque rerum causis, ut Logica artes, Ἰστικα, Μα-
θηματικα et Ἠθικα.

Philippus ita definit in loco de definitionibus. Philosophia
est cognitio artium dicendi, Mathematicarum, Ἰστικῶν,
et doctrinae de moribus, quae acie humanae mentis
intelligi et iudicari possunt.

DE DIVISIONIBVS PHILOSOPHIAE.

Quatuor praecipue sunt divisiones Philosophiae

I. Est peripateticorum, quorum princeps Aristoteles. His igitur philosophia est uel θεωρητική uel θεωρητική, hoc est speculatiua. Cuius finis est contemplatio prioris, quae mentem perficit, Physicas artes subiecerunt. Posteriori, quae uoluntatem fingit, adiunxerunt Ethicam cum suis partibus.

Logicas enim artes non partes Philosophiae, imò nec esse: Sed tamen instrumenta esse affirmant. Unde etiam Logica Aristotelica libri in tribus ὄργανον.

II Stoici describuntur à Cicero: Philosophiam distribuisse in λογικὴν, φυσικὴν, ἠθικὴν. Quam distributionem et subiectis occupantibus petitam idem Cicero Platonem acceptam refert. II. lib. i. Acad: Quaest.

III Iterum Plato distribuit Philosophiam θεωρητικὴν καὶ πρακτικὴν. Θεωρητικὰς notat eas artes, quae necessariae cognoscenda sunt, et praemittenda ante ipsam θεωρητικὴν, et quibus ignoratis πρακτικὴν neūquam intelligi possunt et sunt artes Logicae et Mathematicae, quarum uis necessaria est in φυσικῇ et ἠθικῇ, et propterea his praemittenda. Πρακτικὰς sunt artes Physicae et Ethicae, quae uerisimilem tam Augusto et amplo Philosophiae nomine sunt dignae. Accedunt postea Historia et Poësis quae exemplis partem ueris ueri similiter confectis omnes Physicae et Ethicae partes ope Logicae, etiam artium illustrant. Notandum itaque hic θεωρητικὴν ad solidam et Germanam Philosophiam

uiam sternere. τωαδρ' αὐτὴν ἰψισσὴν εἶναι Φιλοσοφίαν, αὐτὴν ὡς ποταμὸν ἢ ἡλικὴν ὡς ἀντιπαραστάτην ἢ ἡλικὴν ὡς ἀντιπαραστάτην, αὐτὴν ὡς ποταμὸν ἢ ἡλικὴν ὡς ἀντιπαραστάτην, αὐτὴν ὡς ποταμὸν ἢ ἡλικὴν ὡς ἀντιπαραστάτην.

IV Petrus Ramus artes, ex quarum conjunctione Philosophia conflata est, distribuit in generales et speciales.

Et hae divisione Rami ex sequenti Tabella melius et breuiter percipiatur.

Generales, quarum uis in omnibus omnino rebus. Entibus. Non Entibus conueniunt, ut sunt Grammatica, Poetica, Logica, Dialectica, Rhetorica, Musica, Arithmetica, Geometria, Astronomia, Iurisprudentia, Medicina, Philosophia naturalis, Philosophia moralis, Philosophia politica, Philosophia economica, Philosophia mathematica, Philosophia physica, Philosophia metaphysica, Philosophia theologica, Philosophia naturalis, Philosophia moralis, Philosophia politica, Philosophia economica, Philosophia mathematica, Philosophia physica, Philosophia metaphysica, Philosophia theologica.

RAMVS
artes ex quarum conjunctione Philosophia conflata est distribuit in

Generales: quarum uis in omnibus omnino rebus esse non potest: harum aliae sunt.

Speciales: quarum uis in subiecta et specialia: quarum uis in omnibus omnino rebus esse non potest: harum aliae sunt.

Generales: quarum uis in omnibus omnino rebus esse non potest: harum aliae sunt.

Quanti, Aritmetica, Geometria, Musica, Astronomia, Philosophia mathematica, Philosophia physica, Philosophia metaphysica, Philosophia theologica.

Qualitatum ut Physica

Politica, Oeconomica, Philosophia politica, Philosophia economica, Philosophia mathematica, Philosophia physica, Philosophia metaphysica, Philosophia theologica.

Agri cultura

Architectonica seu mechanica, Artes manuales, Philosophia mathematica, Philosophia physica, Philosophia metaphysica, Philosophia theologica.

Quid est Ars ?

**Ἡ ΤΕΧΝΗ ἐστὶ βόσημα ἑψηλαληΰσεων
 ἑψηΰμενων τῶν ὁμοίων τῶν ἐλῶν, ἑψηΰσεων
 τῶν ἐν τῷ βίῳ: ars est ordo seu comprehensio
 certarum prepositionum, exercitatione cognitarum
 ad finem utilem in vita.**

Quotplex est Ars uel quot Sunt artes liberales ?

Septem			
1 Logica cum suis speciebus	Grammatica	1.	1 Grammatica
	Dialectica	2.	2. Dialectica
	Rhetorica	3.	3. Rhetorica
2. Ethica			4. Musica
3 Physica			5. Arithmetica
4. Astronomia			6 Geometria
5 Arithmetica			7 Astronomia.
6 Geometria			
7 Musica			

DE VOCE DIALECTICA

DIALECTICA ^{scilicet} est ars; Graece Διαλεκτική.

Enomen uerbale Denominatiuum ἄ. 3. pers. pte: pres. pas: uerbi Διαλέγω, Διαλέγω, Διαλέγετα, Διαλέγεσθαι, εἶναι, εἶσαι, &c. τὸ αὐτὸ τὸν: 11. Signat a. Διαλέγομαι idem quod ratione utor. Dicitur et Dialectica Logica, λογική ἄ. 1. ps: pf: Med: uerbi λέγω id est dissero, λέγετα λέλογα. &c. τὸ αὐτὸ τὸν: 2. Inde λόγος: Ratio et Oratio. Est ἄρα Dialectica ars RATIONIS, & sensa interiora pferuntur oratione Via lxxiiii. ff. Quise.

PRÆCEPTA
et horum
Materia
Regula
ut sunt

In artibus
describendis
considerantur

- 1. Καλά τῶν ὄντων Dicitur de omni: necessario omninoque vera: Dicitur Lex VERITATIS.
- 2. Καδ' ἄλλο per se: Homogenea cognata et propria. Dicitur Lex IUSTITIÆ.
- 3. Καθ' ἄλλω τῶν ὀντων: reciproca et conuertibilia. Dicitur Lex SAPIENTIÆ.

Exempla, quæ sint A. B. C. Iovia, sed HomERICA.

Forma, quæ congruit ad Methodum, quæ à generalissimis per sub alterna ad specialissima descendit.

VSVS duplex

- 1. Τεξεῖς, qua contextimus aliquid
- 2. Ανάλυσις, qua reteximus & refutamus.



DE VOCE RHETORICÆ

Vox hæc non tam a $\rho\epsilon\omega$ id est flwo, in qua significatione citatus uerfus Homeri libr. Iliad: de Nestore et Horatius lib. 4 Od 2. quam ab inuſitato in hac significatione quidem, Sed Analogice tantum ex eo citatio, positog uerbo $\rho\epsilon\omega$ uel $\rho\epsilon\omega\varsigma$: Dico descendit. Vnde non solum a. a. pas: $\epsilon\gamma\gamma\eta\theta\upsilon\nu$, sed etiam pter: act: uſitatum est $\epsilon\gamma\gamma\eta\alpha$: dixi pas: $\epsilon\gamma\gamma\eta\mu\alpha$, $\theta\alpha$, $\tau\alpha$, a qbo Postea uerbale $\rho\eta\tau\omicron\rho\alpha$: uerbum, item $\rho\eta\tau\omicron\rho$, $\rho\eta\tau\omicron\rho\varsigma$: Rhetor et ab hoc $\rho\eta\tau\omicron\rho\rho\delta\upsilon\mu\upsilon$, deducitur $\rho\eta\tau\omicron\rho$ foemininum iam substantiuè omiſſa uoce TEXVN uſurpatum Latinis Rhetorica scribitur.

COMPARATIO ARISTOTELES Philippi & Rami.

Quemadmodum apud Aristotelem doctrina prædicabilium et prædicamentorum: Item Libri octo, inuentionem continent: Sic liber Aristotelis $\tau\omega\epsilon\gamma\gamma\eta\upsilon\epsilon\tau\omicron\varsigma$: de interpretatione explicat doctrinam axiomaticis, uel agit de propositione. ~~explicat doctrinam~~ Priora Analytica explicant doctrinam Syllogismi, quæ ipse Aristoteles lib. 1. post An. cap. 2. et 8 hos libros uocat librum de Syllogismo. Posteriora Analytica præstant doctrinam demonstrationis, quæ de notioribus et prioribus. Ideo doctrinam Methodi tradit.

COMPARATIO PHILIPPI ET RAMI

Libri primus et quartus Dialecticæ Philippi, item magna pars libri primi Rhetoricæ Philippi sunt primus liber Dialecticæ Rami. Tertius dia Philippi continetur priore parte libri 2di Rami, sicut 3tius Philippi posteriore parte lib. 2di Rami, nisi quod apud Philippum nulla Methodi fit mentio.

Nam quae in fine lib: 1. Dialecticis Philippi traduntur,
illa continent enumerationem capitulum uel titulorum argo-
mentorum inuentio nis. Liber 2^{us} Rhetoricae Rami apud
Philippum non extat, nisi in titulo de Affectibus.

COMPARATIO SPECIALIS PHILIPPI & Rami

Prædicabilia sunt quing

Species } in distributione ex effectis pag: 25.

Genus

Differentia de forma pag: 10 Item in dissentaneis

Proprium

} In adiunctis receptum in se omni no e

Accidens

} pag: 14 } In adiunctis in loco distributionis.

De indiuiduo In distributione ex effectis pag: 25

Prædicamenta 17 decem

Substantia In loco de subiectis recipientis in se p. 12.

Quantitas De adiunctis recipientis in rem 17.

Qualitas In adiunctum receptum ad rem 17

Relatio In loco de relatis 16.

Actio In loco de effectis n. 40

Passio Ibidem, et in adiunctis

Quanto In loco ad tempus q refert ad adiuncta re-
cipientes ad rem 17.

Ubi De subiectis recipientis in se . 13.

Situs Ubi mentionem facit ad haerens

Habitus In loco de adiunctis receptum ad rem 17 & 46
Ubi mentio fit uostitit

Definitio In ortis argtis in loco definitionis et descriptionis

Diuisio In loco distributionis 27.

De Distributione unum

Methodus pag. 42

Loca Personarum 57 Decem

Patria In subiecto recipientis in se. 12.

Sexus. In adiunctis 14

Parentes in causis efficientibus 7.

Educatio In loco conseruantis 7.

Mores In adiunctis 14

Vite generis In adiunctis uel subiectis occupantibus. 14

Res gestae In effectis. 11.

Euentus In effectis et adiunctis 14

Aetas Inter adiuncta enumerantur 14.

Non pauciores nec plures nec alias partes Dialecticæ esse quam inuentionem et iudicium siis et alijs rationibus probari potest.

I Quot sunt organa uel potentie humane mentis tot sunt partes Dialecticæ. Sed tamen due humane mentis potentie inuentionis et iudicium. Ergo due tamen sunt partes Dialecticæ.

II Si oia q̄ traduntur in Dialecticis et propria artis sinḡ sunt ad has duas partes reuocari possunt non erant plures nec pauciores nec alie partes Dialecticæ quæq̄ apud doctos et apud uolgos in usu uersantur discernendi reuocari possunt ad inuentionem et iudicium. Ergo due tamen sunt partes Dialecticæ.

III Quot ueterum auctoritas rationibus firmis nixa partes Dialecticæ constituit, tot sunt partes. Sed ueterum auctoritas nixa rationibus firmis nixa duas tantum partes constituit inuentionem et iudicium. due tamen sunt partes Dialecticæ.

†

RUDIMENTA
RHETORICÆ

DE TROPIS
ET FIGURIS,

Ex libro primo Rhetoricæ
Talæi excerpta

In usum Scholæ Herbornensis.

Adjecta sunt exemplâ troporum è sacris
litteris collecta per

JOHANN. PISCATOREM.

EDITIO SECUNDA,

Recognita & correctâ: nec non sacris quibusdam
exemplis aucta.



HERBORNÆ
Ex officina Christophori Corvini.

MDCLXXIX.

DEUTSCHER

RECHENBUCH

EXERCITATIONES

ARITHMETICAE

ALGEBRAE

GEOMETRIAE

TRIGONOMETRIAE

ASTRONOMIAE

PHYSICAE

MATHEMATICAE

PHYSICAE

MATHEMATICAE

PHYSICAE

MATHEMATICAE

PHYSICAE


MATHEMATICAE

PHYSICAE

MATHEMATICAE

PHYSICAE





Handwritten text on the right edge of the page, possibly a page number or a reference mark, appearing to be "144".



JOHANNES PISCATOR
CANDIDO LECTORI S.

SAepé optavi, candide lector, ut in Rhetoricâ Talei, quæ jam pridem in complures scholas suo merito recepta est, magis extarent & pueris in conspectu essent, ac proinde facilius ab eis edisci memoriæq; mandari possent, definitionum, partitionum & illustriorum faciliorūve exemplorum quasi lumina, peculiari scilicet & majusculo caractere impressa: & veró etiam ut ita fieret, quantum in me fuit, operam dedi, & hoc officii in gratiam juventutis á typographis efflagitavi: sed quoniam nondum id factum cernere contigit; visum mihi est illa ipsa, quæ dixi, præceptionum Rhetoricarum lumina ex libro primo Rhetoricæ Talei excerpere, eaque juventuti nostræ veluti quædam hujus artis rudimenta ad ediscendum proponere. Quod meum factum spero á viris bonis in optimam partem acceptum iri: quum nihil hîc spectem nisi puerorum discentium utilitatem, ut eo citius ac facilius tam præclaræ & ad recté intelligendum bonos auctores necessariæ artis gustum percipere possint. Cujus etiam rei causâ, ut nimirum præcepta hæc ad puerilium ingeniorum captum magis accommodarem: neglectâ dichotomiæ subtilitate, & veró & jam rejectâ ex anonymis generibus obscuritate, singulas partitiones ad certorum generum quasi summam revocavi, numerum universum statim initio ante oculos posui: deinde singula genera

PRÆFAT. AD LECTOREM.

numerorum notis ordine insignivi: quin etiam definitionem unam (nempe illius figure dictionis, quam Epanodon vocant) tanquam obscuram & nullius certi sensus, sustuli; ejusq; loco claram & perspicuam reposui. Porro secundum librum, qui de pronuntiatione est, ideo omisi; non quod nullius prorsus usus eum esse judicem: sed quod quid in quaq; regione & apud quamq; nationem in actione oratoria deceat, id ex vivis exemplis præstantium oratorum in quaq; repub. potiùs, quàm ex veterum Romanorum aut Græcorum præceptis, præsertim á consuetudine nostra & gentis nostræ morum gravitate atq; verecundia abhorrentibus, petendum videtur.

Postremó damnum hoc, si quod est, abundé (nisi me vehementer opinio mea fallit) compensavi adjectione exemplorum é sacris literis ad doctrinam troporum illustrandum depromptorum. Hic enim scholæ nostræ princeps scopus est, qui omnium Christianarum scholarum jure esse debet: ut artium liberalium cognitionem ad doctrinam cœlestem, in sacris literis traditam, meliùs & discendam & docendam referamus. Vale candidè lector, & studiis nostris fave.

RUDI-

DE LIOE RPHOTOH

11

11
11
11



DE UOCE RHETORICA

Uox haec non tam à $\rho\epsilon\omega$ id est fluo, (in qua significatiōe citatur Verſor Homeri lib. 1. Iliad. $\rho\epsilon\omega$ $\nu\alpha\gamma$ $\alpha\pi\omega$ Nestore) $\lambda\omega\beta\beta\eta\varsigma$ $\mu\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$ $\nu\lambda\upsilon\chi\iota\omega\nu$ $\rho\epsilon\epsilon\nu$ $\alpha\upsilon\delta\eta$. Cuius ab ore fluit dulci fauonia melle. Et Horatius lib. 4. Oda. 2. quam ab inſtitutiōe in hac ſignificatiōe quidem, ſed ſimiliter tamen excoꝑitatiōe, poſitoq; uerbo $\rho\epsilon\omega$ uel $\rho\alpha\omega$ $\rho\epsilon\omega$ descendit. Unde non ſolum a $\rho\alpha\varsigma$: $\epsilon\epsilon\rho\eta\theta\eta\nu$, ſed etiam praeteritum actiuum uſitatum eſt $\epsilon\epsilon\rho\eta\eta$ id eſt dixi $\rho\alpha\varsigma$: $\epsilon\epsilon\rho\eta\eta\mu\alpha\gamma$, $\beta\alpha\gamma$, $\lambda\alpha\gamma$, a quo poſtea uerbale $\epsilon\epsilon\rho\eta\eta$ eſt uerbo descendit $\epsilon\epsilon\rho\eta\eta$, $\epsilon\epsilon\rho\eta\eta$ id eſt Rhetor et ab hoc $\epsilon\epsilon\rho\eta\eta$ $\rho\eta\tau\omega\rho\iota\alpha\delta\iota\varsigma$ η , $o\nu$, deducitur, Cuius femininum iam ſubſtantiuſ $\rho\eta\tau\omega\rho\iota\alpha$ miſſa uoce, $\tau\epsilon\chi\nu\eta$ uſurpatum Latinis Rhetorica ſcribitur.

Αλληγορία. Haec fit non in uerbo, ſed in ſententiā, cum alia res ſignificatur ſimilitudine quādam: alius uerbis aliud ſenſu ostenditur. Tales ſunt Eclogae Ulae.

METONYMIA ex conſentaneis conſentit autem quobus modis.	Absolute unde ſex absolute ſenta neis oritur $\mu\epsilon\tau\omicron\gamma$	Causae
	Metonymia	Effecti
	Modo quodam ex modo quodam oritur Metony mia	Subiecti Adiuncti.

5

RUDIMENTA RHE- TORICÆ EX LIBRO PRI- MO RHETORICÆ TALÆI.

DE TROPIS. *ἀ τεῖνω τετροπῶσι: uerbo,
ē uerbale a præf. Μετ. (rus. No R 7.*

RHETORICA, est ars bene dicendi.
Partes Rhetoricæ, duæ sunt; elo-
cutio & pronuntiatio. Elocutio, est
exornatio orationis.

Elocutio, est tropus aut figura.

Tropus, est elocutio, qua uerbum à nativa
significatione in aliam immutatur.

Quòd si durior vel inæqualior fuerit; *κα- ἀ πάλᾳ et ἁγίασμα
πῖνεσις* abusio, & *ἀνερολογία* Grammaticis
dicitur. Ut 4. Æneid. *ab ἀνερολογία: impropria ἁ λόγος: Sermo
timere*

Hunc ego si potui tantum *ἰσπερὸν* sperare dolorem.

Audacia autem tropi, *ἰσπερὸν* superlatio
appellatur. *ἰσπερὸν* iactio *ἰσπερὸν* amplificatio, ab *ἰσπερὸν* & *ἰσπερὸν*

Continuatio troporum, *ἰσπερὸν* inver-
sio nominatur. *Comp. ab ἀλλος: alio et ἀρογοῦτο loquor
pag: 8*

Tropi sunt quatuor; Metonymia, Ironia,
Metaphora, Synecdoche.

METONYMIA, est tropus causæ ad effe- *ἰσπερὸν*
ctum, subjecti ad adjunctum; vel contrá. *ἰσπερὸν* *ἰσπερὸν*

Metonymia, est quadruplex; causæ, effe-
cti, subjecti, & adjuncti. *ἰσπερὸν* *ἰσπερὸν* *ἰσπερὸν* *ἰσπερὸν*

Metonymia causæ, est efficientis aut mate-
riæ. *ἰσπερὸν*

Omnes Tropi ex aliquibus *A* *iii*
argumentorum generibus
definitione declarantur.

Sic METONYMIA definitur ex consentaneis argumentis.

IRONIA ex Dissimulatio

METAPHORA ex comparatis similibus

SYNECDOCHE ex ortis s; Distributione.

Cic: Quos amissemus ciues eos MARTIS pœlit i: p̄ly uel belli

6

RUDIMENTA

*Strain Hippo
hunc h̄p̄ost
Metonymiam
reminat.*

Efficientis, ut cūm inventor & author pro ipsis effectis rebus usurpantur. Æneid. 1.
Tum ^{i: fruges} Cererem, corruptam undis, Cerealiq; arma Expediunt. — Georg. 1.

*Uersus hyper,
metet*

Aut dulcis musti ^{u: igne} Vulcano decōquit humorem.

Est præterea hīc valde usitatum, scriptores pro scriptis operibus appellare. Ut Mart. 14.

Pellibus exiguis arctatur Livius ingens, ^{liber historiae}
Quem mea non totum bibliotheca capit. ^{2. Livio scriptor}

*Et ubi uox cau-
sam materia sig-
nificans u: surpa-
tur pro Effecto
Materiali*

Metonymia materiae. Horat. <sup>Q. uoxat Synecdo-
chen,</sup>
Non domus & fundus, non exis acervus & auri,
Aegroto domini deducit corpore febres.

Metonymia effecti est, cūm ex effectis efficiens significatur. Horatius: <sup>Q. uoxat me-
taphis</sup>
Pallida mors, equo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumq; turres, o beate Sesti. Æneid. 6.
Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus.

*Q. Synecdo-
chen.*

Metonymia subjecti est, cūm nomen proprium rei subjectæ, ad significandam rem adjunctam traducitur: ut cūm ponitur continens pro re contenta. Æneid. 2.
Invadunt urbem somno vinoq; sepultam.

Ex hoc genere etiam est illud, cūm ex possessore possessa res intelligitur. Æneid. 2.
— iam proximus ardet Ucalegon. —

Sic ab Annibale caesa apud Cannas sexaginta millia Romanorum dicimus; quia ab exercitu, cuius dux erat Annibal, caesa sunt.

Metonymia

Sic calix continens, pro uino contento, Sic: Accipite comedite corpus & panem signum corporis signati. Bibite calicem & uinum contentum in calice.

id est panes uel fruges quarum Dea et causa
efficiens est CERES
id est igne, quia ^{quibus} Deus et causa efficiens est Vulcanus.

Id est liber uel Historiarum scripta a Liuiio

As et aurum s. Nummi exere et auro effecti

Id est quae pallidum ~~mortuum~~ efficit

id est qui pallentes aegrotos efficiunt
Tristis id est quae efficit homines tristes

s. incolas urbis

s. domus Nealegontis

Sic ex duce exercitus intelligitur.

Q. Metalepsis

Id est cuius loquuntur in statu

Et sicut in alijs S. C. G. ex cetero dicitur

la' yuiofi
cui deles.
superbo.

ut dicitur in libro de gradibus et ceteris

Autoplex e Allegoria

Diplex e Dictionis
2 Orationis

Q. Ironicam sub specie
allegoriae, in forma
orationis

Ubi a Gilippo ponitur pteritis?

R. In rdo ordine figurarum

Q. etiam nominat
metaphoram.

Q. notat hyperbolen

Metonymia adjuncti est, cum ex adjunctis 4.
res subjectae significantur.

1. Verr. Quas res luxuriae in flagitiis, crudelitas in suppliciis, avaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficere potuisset; eas omnes sese hoc uno Praetore per triennium pertulisse.

Sic signum pro re significata ponitur: ut,

Cedant arma togae: concedat laurea linguam.

IRONIA est tropus a contrario ad contrarium. Terent. Heus hanc viri curasti probe. Aeneid. 4. Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis, Tuq; puerq; tuus: magnum es memorabile nomen, Una dolo divum si foemina victa duorum est.

Est & Ironia, quae παράδειγμα praeteritio a quibusdam dicitur, ut 8. Aeneid.

Quid memorem infandas caedes? quid facta tyranni Effera?

METAPHORA est Translatio METAPHORA est, quando ex simili significatur simile.

1. Tuscul. Honos alut artes; omnesq; incenduntur ad studia, gloria. Aeneid. 4. Spem fronte serenat. Item,

2. Orat. Ut sementem feceris, ita metes.

HYPERBOLE vero & allegoria in metaphoris praecipuam laudem obtinent: Atq; ex hyperbolica metaphora oritur mira sublimitas orationis, cum rebus inani-

matris actum quendam & animos damus; ut
Æneid. I.

— *geminisq; minantur + ualde altisunt*

ut grad. celum.

In celum scopuli. —

Item Æneid. 8.

— *Pontem indignatus Araxes* *Nom: fluij*

Pro Marcel. Parietes (me dius-Fidius)

C. Cæsar, ut mihi videntur, hujus curiæ, tibi

*Lex allegoria
est, ut quo genere
rerum capitis in
eodem denique*

gratias agere gestiunt.

Allegoria multo sunt hinc illustrissimæ,

Philip. 4. Virtus est una altissimis defixa ra-

dieibus; quæ nunquam ullâ vi labefactari

potest, nunquam dimoveri loco.

III.

SYNECDOCHE est, cum ex parte totum,

*Compositum a
duobus, et
magis capio
apio v. llo.*

aut contra, significatur.

Quotplex e Synecdoche

Synecdoche, est quadruplex: 3 membri,

speciei, integri, generis.

I Synecdoche membri est, quando ex membro

integrum significatur. Philip. 2. O ^{integrados} ~~te~~ ^{uel do} ~~ctus~~ ^{mus}

ipsa misera, quam dispari domino (quan-

quam, quomodo iste dominus?) sed tamen

quam a dispari domino tenebantur! Virgil.

Æneid. I. *hæc naues integra. Nam puppis e poste*

Haud aliter puppesq; tuæ, pubesq; tuorum. uox pars uel

2. Synecdoche speciei est, cum ex specie signifi-

catur genus. Catil. 1. Certè verendum non

erat, ne quid hoc ^{domicida} ~~parricidâ~~ civium interfe-

cto, invidiæ mihi in posteritatem redunda-

ret.

Si multa
Plaut. Sexcenta licet ejusmodi proferre.

In

¶ attolunt se sursum.


¶ Similis in liganti

Continuatio in eadem sententia.

SYNECDOCHE {
Totius { Integri 1
 { Generis 2
Partis { Membri 3
 { Speciei 4

Synecdoche Totius est quando ex ^{parte} totum signifi-
catur. Estq duplex Membri et speciei

RHETORICA



Dialogus ... Deliberatio ... Addubitatio ...



Dialo- & Interrogatio & Deliberatio & Addubitatio -
 gimus & Occupatio - Communicatio -
 Responsio & Concessio -
 Permissio -



11 11 11



John forman & Toron
Giar uocat
Filius Tydidis
Filius pelei

R H E T O R I C A .

Ex continuata Sy-
nechoe species

In Juvenale, Satyr. 2. allegoria est: <sup>Nota remotissima et in-
culcissima</sup>
Ultra Sauromas fugere hinc libet & glaciale
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,
Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

Sic Eclog. 4. ^{quando nomen ponitur pro appellatione}
Alter erit tum Tiphys; & altera, quae vehat, Argo; ^{Navis}
Delectos heroas; erunt etiam altera bella;

Atq; iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles; <sup>quando nomen
pro appellatione
ponitur</sup>
Synecdoche totius est, quando ex toto pars
significatur: estq; integri, vel generis: Inte-
gri, quando ex integro significatur mem-
brum. Aeneid. 1.

Pabula gustassent Troje, Xanthumq; bibissent.
^{membrum vel partem pabulorum, vel Xanthi fluvij}

Eclog. 2. Membrum vel partem Araris &
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. ^{Tigris fluvius}

Synecdoche generis est, quando ex genere si-
gnificatur species. Pro Mar. Et certe in ar-
mis, militum ^{virtus} multum juvat. <sup>Sic Apostolo
pro paulo. Pro
pheta pro Esaias,
Jeremia &c.</sup>
Sic Lydides, & Poides, pro Diomede &
Achille: sic poeta pro Homero aut Virgilio,
orator pro Demosthene aut Tullio.

Allegoria hic etiam frequens est. Catil. 1.
Exire ex urbe consul hostem jubet. ^{Roma Cicero, Catilinam}
^{Beurch. n. 1672} <sup>Appellati-
um Pappo</sup>

DE FIGURIS DICTIONIS.

FIGURA, est elocutio qua orationis ha-
bitus a recta & simplici consuetudine mu-
tatur. ^{Resus} ^{Resus} ^{Resus}

Figura igitur, est dictionis, aut sententiae.

Figura dictionis, est figura qua elocutio figuratur dictionibus apte & jucunde inter sese resonantibus.

Figurae dictionis, sunt decem: Epizeuxis, Anadiplôsis, Climax, Anaphora, Epistrophe, Symploce, Epanalepsis, Epanodos, Paronomasia, Polyphton.

1. *Epizeuxis* est, quando sonus idem continue iteratur in eadem sententia.

De responsis Aruspis Sic Titus Annius ad illam pestem comprimendam, extinguendam, funditus delendam natus esse videtur, & quasi divino munere donatus Reipublicae.

Verr. 7. Crux, crux (inquam) infelici & misero.

2. *Anadiplôsis*, reduplicatio, est quando idem sonus repetitur in fine praecedentis & principio sequentis sententiae. Virg.

Pierides, vos haec facietis maxima Gallo;

Gallo, cujus amor tantum mihi crescit in horas.

Catil. 1. Hic tamen vivit. vivit? imo vero etiam in Senatum venit.

3. *Climax*, gradatio, est anadiplôsis compluribus gradibus continuata.

Pro Milon. Nec vero se populo solum, sed senatui commisit: nec senatui modo, sed etiam jam publicis praesidiis & armis: neque his tantum, sed ejus potestati, cui senatus tota

tam

~~Ετοιμασία~~
Ετοιμασία συνελθόντων, κα,
ιόντων, continuo. 2x/4x/6x.

Compos: a' prap: avá e' uerbo di,
αλωω, αδω duplico, cuius primi,
tium est diuā s' duplex.
διωλοος contractus

hoc est Scala

befero ^{id}
Comp. ab ava ecclesia, wigga

Comp. ab ^{er} Ewi spewu de unto' espoga.

tam Rempublicam commisit. Eclog. 2.

Torva leana lupum sequitur, lupus ipse capellam:

Florentem cytisum sequitur lasciva capella.

Anaphora seu relatio est, quādo sonus idem 4.
iteratur in principiis sententiarum. Agrar. 2.

Tamen ne vexari Rempublicam, contemni ce
majestatem populi Romani, deludi vosmet- ce
ipso diutiūs. á Tribuno plebis patiemini? ce

Cat. ¹⁷²⁴ Nihil ne te nocturnum praesidium ce
palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor popu- ce
li, nihil consensus bonorum civium, nihil ce
hic munitissimus habendi Senatus locus, ni- ce
hil horum ora vultusque moverunt? ----- ce

Epistrophe seu conversio, est numerus quo 5.
similis sonus in clausulis iteratur.

Pro Pompejo: Ut ejus voluntatibus non ce
modó cives assenferint, socii obtemperâ- ce
rint, hostes obedierint: sed etiam venti tem- ce
pestatesque obsecundârint.

Phil. 2. ¹⁷²⁴ Doletis tres exercitus populi Rom. ce
esse interfectos? interfecit Antonius. Desi- ce
deratis clarissimos cives? eos quoque eripuit ce
Antonius. Authoritas hujus ordinis afflictâ ce
est? afflixit Antonius.

Martialis lib. 2.

Capto tuam (pudet heu) sed capto, Maxime, cœnam:

Tu captas alias: jam sumus ergo pares.

Mané salutatum venio: tu diceris isse

Anté salutatum: jam sumus ergo pares.

Sum comes ipse tuus, tumidiq; anteambuloregis:

Tu comes alterius: iam sumus ergo pares.

6. *Symploce*, complexio, dicitur cum idem sonus in principiis & clausulis iteratur.

„ Agr. 1. ^{471A} Spem improbis ostendistis; timorem bonis injecistis; fidem de foro, dignitatem de Repub. sustulistis.

„ Agr. 2. Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem populi partem suffragiis privavit?
„ Rullus. Quis comitiis praefuit? Rullus.

7. *Epanalepsis* seu resumptio, est qua idem sonus in principio & clausula repetitur. *sc. et sic*

„ Verr. 4. Saluti enim eorum potius confulam, quam voluntati. *Aeneid. 1.*

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa,
Martial.

Phosphore, redde diem: quid gaudia nostra moraris?

Cesare venturo; Phosphore, redde diem.

8. *Epanodos* seu regressio, est qua duo soni similes ordine inverfo in diversis sententiis iterantur.

„ Verr. 3. Habuit honorem ut proditori, non ut amico fidem.

„ Pro Plan. Gratiam qui refert, habet: & qui habet, in eo quod habet, refert.

Eclog. 8. — *crudelis tu quoq; mater:*

Crudelis mater magis, an puer improbus ille?

Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.

*Atq; se sum
forma resp. 9.
si dicitur octo.*

Paronymasia vel adnominatio, est cum dicitio,

145

ὅτι ἐπὶ τῷ πρώτῳ πρὸς μέδ.
ὁ τίτλος ἄνα. Connexa enim in hac
figura est Anaphora et Epistrophe.

Compos. ab ἔπι, ἀνά, ἔλαμψαν
ἢ ἀναψω, ἴσμο. Dicitur ab Hermogene
κίρκλος ἢ ἑ. Circulus a ἑ. ἄνα

id est lucifer, compos. a γὰρ ἢ: κύρ ἢ
ἑρῶ ἢ. est ἑρῶ, ἡ ἑρῶ
Comp. ab ἔπι, ἀνά et ὁ ἑὸς. Socii uia
Alia dicitur κίρκλος a littera κ. Nam
saepe Decussatim (ἑρῶ, ἡ ἑρῶ) sic posita uoces
inueniuntur ~~ἑρῶ, ἡ ἑρῶ~~ et coniunguntur.

Honorem Proditoris Refert. Habet
Amico X Fidem // Habet X Refert
Hic Epanodos in casu //

Cruelis mater X Puer improbus
Improbis puer X Cruelis mater

Comp. a τῶ ἀνά, ἡ ἑρῶ. Nomen
Cic. Tam cito Orator factus Actor.
Virg. Haec aliter puppes, pubes &
Tibullus. Quam fera et uere ferreus ille fuit.



Compor. à τὸ ἄνω ἢ μὲν
 ἢ τὸ ἄνω ἢ τὸ ἄνω ἢ τὸ ἄνω
 seu τὸ ἄνω, ἢ τὸ ἄνω ἢ τὸ ἄνω
 ἢ τὸ ἄνω
 300. 109 Respectu et
 τὸ ἄνω, ἢ τὸ ἄνω.

Polyptoton n. non tantum est in
 diversis casibus nominum. Sed etiam
 numeris, personis, modis, et ceteris
 accidentibus verborum.

Etio, literæ aut syllabæ alicujus commutatione, significatione quoq; commutatur.

Verr. 2. Nam ut apertus in corripiendis pecuniis, sic in spe corrumpendi judicii.

Pro Ameri^{ff} Tametsi non modò ignoscendi ratio, sed etiam cognoscendi consuetudo, de medio sublata est.

Martialis:

Litigat, & ~~podagra~~^{zinyas fain} Diodorus (Flacce) laborat:

Sed nîl patrono porrigit. hæc cheragra est.

Polyptoton est, cùm ejusdem originis variis casibus voces inter se consonant. Pro Cæl. Ipsi^{us} autem veneni quæ ratio fingitur? ubi quæsitum est? quo pacto? cui? quo in loco traditum? Æneid. 4.

Hunc morem, has cursus, atq; hæc certamina primus Ascanius, longam muris cùm cingeret Albam, Rettulit. —

Et apud Quintilian. Non, ut edam, vivo: sed, ut vivam, edo:

DE FIGURIS SENTENTIÆ.

Figura sententiæ, est figura, quæ totam sententiam aliquo animi motu afficit.

Figuræ sententiæ, sunt decē: Exclamatio, Epanorthôsis, Aposiopêsis, Apostrophe, Prosopopœia, Addubitatio, Communicatio, Occupatio, Permissio, Concessio.

Exclamatio, est figura sententiæ, per ad- 1.

verbum exclamandi expressum vel intellectum. Et est affectuum variorum. ¶ Modó admirationis; O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, literis monimentisque decorandam!

2 Modó desperationis: Pro Mil. O frustra mei suscepti labores! ô spes fallaces! ô cogitationes inanes meæ!

3 Modó optationis. Ovid. Epist. i.

*O utinam tunc cùm Lacedæmona classe petebat,
Obrutus insanis esset adulter aquis!*

4 Modó indignationis: In Pis. O scelus! ô pestis! ô labes!

5 Modó irrisionis; ut ibidem: O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! O amentem Paulum! rusticum Marium!

6 *Pró*, adhibetur sæpe ad obtestationem, ut in Andr.

Pró deûm atq; hominum fidem! quid est, si non hæc contumelia est?

7 *En*, aliquando triste quid & miserabile præ se fert. Eclog. i.

Impius hæc tam culta novalia miles habebit?

Barbarus has segetes? en quó discordia cives

Perduxit miseros! en queis conserimus agros!

8 *Heu* & *Eheu*, sunt commiserationis. i. Offic.

O domus antiqua, heu quám dispari domino dominaris! Eclog. 2.

Eheu



Handwritten text on the right edge of the page, possibly a page number or a reference mark, including the characters 'H' and 'U'.

*Eheu quid volui misero mihi! floribus Austrum,
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.*

Quem fugis, ah demens!

9 Aliquando exclamatio est deprecationis
& imprecationis. In Heaut.

*Ut te quidem Dii Deaq; omnes, quantum est, Syre,
Cum isthoc invento, cumq; incepto perduint.*

Pro Dejotaro: Dii te perdant, fugitive! ce
ita non modó nequam & improbus, sed fa- ce
tuus & amens es. 10

10 *Epiphonema* quoque, species est exclama-
tionis, quæ ad finem rei narratæ & explicatæ
addi solet: ut *Æneid. i.*

Tantæ molis erat, Romanam condere gentem.

11 *Licentia* etiam, quæ Græcis *παρρησία* dici-
tur, exclamatio quædam videtur.

Pro Ligar. Vide quám non reformidem, ce
vide quanta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ ce
mihi apud te dicenti oboriatur. Quantum ce
potero, voce contendam, ut hoc populus ce
Romanus exaudiat. Suscepto bello, Cæsar, ce
gesto etiam ex magna parte, nullâ vi coa- ce
ctus, iudicio meo ac voluntate, ad ea arma ce
profectus sum, quæ erant sumta contra te. ce
Apud quem igitur hoc dico? nempe apud ce
eum, qui cùm hoc sciret, tamen me, ante- ce
quam vidit, Reipubl. reddidit.

Epanorthôsis, correctio, est quando ante- 2.
cedens aliquid revocatur.

Ter. Heaut. — *Filium unicum adolescentulum
Habeo. ah! quid dixi, habere me? imó habui, Chreme:
Nunc habeam nec ne, incertum est.*—

» Pro Ligar. *Nimis urgeo, commoveri vi-
» detur adolescens; ad me revertar.*

» Pro Cæl Sed quid ego ita gravem perso-
» nam induxi?

» Pro Milo. Sed finis sit: neque enim præ
» lachrymis loqui possum; & hic se lachrymis
» defendi vetat. Hic cursus orationis antece-
» dens revocatur, & quasi pœnitentia facti si-
» gnificatur.

3. Aposiopésis, reticentia, est quâ sententiæ in-
choatæ cursus ita revocatur, ut inde pars ejus
aliqua deinceps non dicta, intelligatur.

» Pro Milone: An ille hujus legis, quam
» Clodius á se inventam gloriatus est, men-
» tionem facere ausus esset vivo Milone, ne
» dicam Consule? de nostrum enim omnium:
» non audeo totum dicere. *Æneid. 1.*

*Jam cœlum terramq; meo sine numine, venti,
Miscere, & tantas audetis tollere moles?*

Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.

4. Apostrophe, aversio, est quando oratio ad
» aliam personam convertitur, quàm institu-
» ta oratio requirit. *Æneid. 6.*

Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenæ,

Ipsamq; AEaciden, genus armipotentis Achillei:

Ultus avos Trojæ, templâ & temerata Minervæ.

Quis

110

Comp: ab $\alpha\tau\tau\acute{o}$ et $\delta\iota\omega\tau\alpha\acute{\omega}$ $\eta\sigma\omega$,
i. e. sileo Tacoo, uerbale $\acute{\alpha}$ τ pers. $\beta\tau$.
pers: $\rho\alpha\sigma\iota\acute{\upsilon}$ $\kappa\rho\iota\varsigma$ 108. 2.
 $\delta\epsilon\delta\iota\omega\tau\eta\delta\alpha$ primitiuum
 $\delta\iota\omega\tau\eta$ Silention.

Comp: ab $\alpha\tau\tau\acute{o}$ et $\sigma\pi\epsilon\iota\gamma\omega$ $\acute{\epsilon}\sigma\pi\omicron\gamma\alpha$
uorte, Præt: Med. Unde uerbale $\sigma\pi\omicron\gamma\eta$
v. 110: 2.

Genitiuus Latinor 2 Declin: ab
Achille $\acute{\alpha}\varsigma$ sicut Orpheus, Orphei Totum
Graecor in 3 declinõe Contractorum.



compositum a
ἀποβύτων, Persona, ὡς ἰω facio
singula a dandis.

Quis te, magne Cato, tacitū, aut te Cossē, relinquat?
 Quis Gracchi genus, aut geminos, duo fulmina belli,
 Scipiadas, cladem Libyæ? parvoq; potentem
 Fabricium: vel te sulco Serrane serentem?
 Quó fessum rapitis Fabii? tu Maximus ille es
 Unus, qui nobis cunctando restitues rem.

Æneid. I. cūm poëta proposuisset summam thesin totius Æneidos, tum sic avertitur ad Musam:

Et Georg. I.

Musa mihi causas memora, quo numine laeso,
 Quídve dolens regina Deūm, tot volvere casus
 Insignem pietate virum, tot adire labores
 Impulerit: tantane animis cœlestibus iræ?

Aliās ad rem mutam & inanimatam, velut ad personam, transfertur oratio. Pro Milo. Religiones me Hercule ipsæ aræq; cūm illam belluam cadere viderunt, commovise se videntur, & jus in illo suum retinuisse. Vos enim Albani tumuli atq; luci, vos (inquam) imploro atque obtestor, vosque Albanorum obrutæ aræ, sacrorum populi Romani sociæ atq; æquales; quas ille præceptamentia, cæsis prostratisque sanctissimis lucis, substructionum insanis molibus oppresferat.

Prosopopœia, fictio personæ, quâ velut alienam personam oratione nostrâ loquentem fingimus.

Prosopopœia, est imperfecta vel perfecta.

B

Profopopœia imperfecta est, cùm sermo alienæ personæ leviter & obliquè repræsenteratur.

- » Cæs. I. Comm. de legatis Helvetiorum:
 » Qui dicerent, sibi in animo esse, sine ullo
 » maleficio iter per provinciam facere: pro-
 » pterea quòd iter nullum haberent aliud: ro-
 » gare, ut ejus voluntate id sibi facere liceat.

Profopopœia perfecta est, cùm tota fictio personæ oratione nostrâ repræsenteratur: quo in genere & accessus ad profopopœiam & recessus, decòrus in primis esse debet.

Sic Æneæ profopopœiam Virgilius Æneid. I. composuit, cùm Æneas sociis cibum vinumque

*Accessus
 Zutritt
 eingang*

Dividit, & dictis mœrentia pectora mulcet.

O socii (neq; enim ignari sumus antè malorum)

O passi graviora! dabit Deus his quoq; finem.

Vos & Scyllæam rabiem, penitusq; sonantes

Accestitis scopulos: vos & Cyclopiæ saxa

Experti. revocate animos, mœstumq; timorem

Mittite: forsàn & hæc olim meminisse juvabit.

Per varios casus, per tot discrimina rerum

Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas

Ostendunt: illic fas regna resurgere Trojæ.

Durate, & vosmet rebus servate secundis.

*Recessus
 Abgang
 abtritt*

Talia vocere refert, curisq; ingentibus ager,

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Addu-

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

Recessus constans plenior transiōne
uel uerborum atq; orationis: uel facti ad
ionitū ^{ad qd} uel hinc gredit gressu
S. S.



Comp: ab ἀρά et ἀπολογία. Communio.
Fut. αὐτῶν. Ἐὰν ἡ ἀνομιὰ
ἀποδοξῆται. Communio. αὐτῶν. 159.
praet. κενόβωρα. Pass. κενόβωρα.
Vulg. 2. pers. κενόβωρα.
Inde Verbale κενόβωρα. 160.

Addubitatio seu *ὑποβία*, est deliberatio nobiscum. *Æneid.* 4. 6.

*En quid agam? rursusne procos irrifa priores
Experiar? Nomadumq₃ petam connubia supplex,
Quos ego sum toties jam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes, atq₃ ultima Teucrum
Jussa sequar?—*

Tandem responsio addubitationis sequitur:

Quin morere, ut merita es, ferroq₃ averte dolorem.

Philip. 2. Quid putem? contemtumne me? non video, nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despiciere possit Antonius. An in senatu facilimè detrahi de me posse credidit? Atqui is ordo clarissimis civibus bene gestæ Reipubl. testimonium multis, mihi uni conservatæ dedit. An decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem beneficium est. Quid enim plenius, quid uberius, quàm mihi & pro me, & contra Antonium dicere? Illud profectò est: non existimavit sui similibus probari posse, se esse hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus.

Communicatio vel *ἀνακοίνωσις* est deliberatio cum aliis. 7.

Pro Quint. Ego pro te nunc hoc consulo, post tempus, in alienare, quod tu in tua

» re, cùm tempus erat, consulere oblitus es.
 » Quæro abs te, C. Aquili, L. Luculle, P.
 » Quintili, M. Marcelle, vadimonium mihi
 » non obiit quidam socius & affinis meus,
 » qui-cum mihi necessitudo vetus, contro-
 » versia de re pecuniaria recens intercedit:
 » postulone á Prætore, ut ejus bona mihi pos-
 » sidere liceat? jam cùm Romæ domus ejus,
 » uxor, liberi sint, domum potiùs denuntiem?
 » quid est quod hac tandem de re vobis pos-
 » sit videri? Profectó si recté vestram bonita-
 » tem atque prudentiam cognovi, non mul-
 » tum me fallit, si consulamini, quid sitis re-
 » sponsuri: primùm expectare, deinde si lati-
 » tare ac diutiùs ludificare videatur, amicos
 » convenire, quærere quis procurator sit, do-
 » mum denuntiare: dici vix potest quàm mul-
 » ta sint, quæ respondeatis anté fieri oportere,
 » quàm ad hanc rationem extremam ac ne-
 » cessariam devenire.

8. *Occupatio* est, cùm alieni consilii interro-
 gationem occupamus, eique responsionem
 subjicimus.

Ideoque dialogismus hic á priore parte
 occupatio, á posteriore subjectio dicitur:
 Græcè ~~περίληψις~~ appellatur.

Occupatio feré prosopopœiam conjun-
 ctam habet: ideoq; aliâs obliqua, aliâs per-
 fecta est.

Pro

1144

Comp. ἀποὶ ἐτ λαπράνω, ληψω,
λεληθα, ληληθῆσθαι, ληψῆσθαι,
λεπτο, σαπίο.

s.
o.
ni
s,
-
t:
f-
s,
n?
f-
a-
l-
e-
ti-
os
o-
l-
e,
e-


o-
m

te
r:

n-
r-

o





Pro Roscio Amerino. Credo ego vos
 (JUDICES) mirari, quid sit quod cum tot
 summi oratores hominesque nobilissimi
 sedeant, ego potissimum surrexerim. *Tan-*
dem responsio subjungitur. Quæ me igitur res
 præter cæteros impulit, ut causam Sexti
 Roscii reciperem? quia si quis istorum dixis-
 set, quos videtis adesse, &c. multo plura di-
 xisse, quam dixisset, putaretur, &c. Ego si
 omnia liberè dixerò, nequaquam tamen si-
 militer oratio mea exire atq; in vulgus ema-
 nare poterit.

Permissio est, cum facti cujusciam licentia. 9.
 condonatur.

Agraria 2. Si quid est, quod indagâris, in-
 veneris, ex tenebris erueris; quanquam ini-
 quum est, tamen consume fanè; quoniam
 commodum est, quoniam tu quidem attu-
 listi.

Aliquando ironia permiscetur.

Æneid. 4.

— nunc & Jove missus ab alto

Interpres divum fert horrida jussa per auras.

Scilicet is superis labor est, ea cura quietos

Sollicitat. neq; te teneo, neq; dicta refello.

I, sequere Italiam ventis: pete regna per undas.

Concessio est, cum dictum aliquod aut ar- 10.
 gumentum condonatur.

Verr. 7. Sit sacrilegus, sit fur, sit flagitio-

B iij

rum omnium vitiorumque princeps: at est
bonus imperator. *Æneid. 10.*

Italiam petiit satis auctoribus: esto.

Delectat hoc ornamentum in oratione
præcipuè, cùm id concedimus, quod ei, cui
conceditur, nocet: ut sæpe fit in contentio-
nibus & controversiis.

” Pro Ligario: Habes igitur Tubero (quod
” est accusatori maximè optandum) confi-
” tentem reum: sed tamen hoc ita confiten-
” tem, se in ea parte fuisse, quâ te Tubero: quâ
” virum omni laude dignum, patrem tuum.
” Itaq; prius de vestro delicto confiteamini
” necesse est, quàm Ligarii ullam
culpam reprehendatis.

EXEM.



Capita libri Secundi Rhetorice

- 1 De præstantia pronunciationis et qd sit pronunciatio
nempe pronunciatio est apta enonciatio Elocutionis
- 2 Pronunciationis partes sunt due. Vox et gestus. In hoc
capite agitur de moderatione uocis
- 3 De uariatione in singulis uerbis
- 4 De cantibus uocis à Ciccone, Demosthene, Aschine, Quin-
tiano obseruato.
- 5 De intentione et remissione uocis
- 6 De uoce affectuum quæ primum à Brasymachio, et postea
ab aristotele obseruata est.
- 7 De altera parte pronunciationis scilicet de gestu ubi de actio-
ne et de eius præstantia disseritur
- 8 De gestu totius corporis ^{quæ uocem subsequi debet} frontis et oculorum præcipue
in modestia et metu.
- 9 De gestu capitis ~~capitis~~
- 10 De gestu manus digitorum, Item ubi gestus Brachij tanqua-
m telli deurat.
- 11 De gestu pectoris femoris et pedis.

Rhetoricæ partes
due

Elocutio Tropus & Dictionis 10 Lib. 1.
Figura Sententiæ 10

Pronunciatio de uoce. capi sex Lib. 2.
Gestu cap. quinq.

Metonymia efficientis procreantis Manucae z.
Rachel deflet et deplorat liberos suos. Pro filiabus
aut libris et posteris a Rachel Vxor Jacobi procre-
antibus qui habitant in ista terra vicinia



E X E M P L A T R O -
P O R U M E ' S A C R I S
L I T E R I S .

M E T O N Y M I A E F F I C I E N T I S .



En. 9. v. 25. *Maledictus erit Canaan.* Id est, Cananæi, posteri Canaanis.

Gen. 25. v. 28. *Amabat Isaac Esavum, quia venatio grata erat in ore ejus.* Id est, caro ferina venando comparata. Sic cap. 27. v. 5. dicit Isaac ad Esavum, *Venare mihi venationem.*

Gen. 28. v. 9. *Abiens Esau ad Ismaëlem, accepit Machalatham, &c.* Id est, ad Ismaëlitas. Nam Ismaël jam antè mortuus erat.

Gen. 11. v. 1. *Erat autem terra labii unius.* Id est, ejusdem sermonis.

Gen. 33. v. 11. ait Jacob ad fratrem Esavum: *Accipe queso benedictionem meam.* Id est, donum meum ex benedictione Dei profectum; nam benedictio Domini divites facit.

Gen. 42. v. 22. dicit Ruben ad fratres de Josepho, *Nónne alloquebar vos dicendo, ne peccetis in adolescentem? sed non auscultastis: Ideo etiam sanguis ejus ecce reposcitur.* Id est, vita erepta: putabant enim Josephum jam mor-

tuum esse. Sanguis autem, vitæ animalis instrumentum est.

2. Cor. 5. v. ult. *Deus eum qui non novit peccatum (nempe Christum) pro nobis fecit peccatum.* Id est, hostiam seu victimam pro peccato: nam peccatum facit ut hostia mactetur.

Sic Ose. 4. v. 8. Deus per Prophetam de sacerdotibus conquerens ait: *Peccatum populi mei comedunt: ideo ad iniquitatem eorum attollunt animum suum quisq.* Per peccatum intelligit oblationes & sacrificia pro peccatis: quasi dicat, Peccare populum non indignè ferunt, sed potiùs maximam peccandi licentiam invehunt, quia ex sacrificiis habent, unde vitæ suæ ac voluptatibus indulgeant.

Sic Levit. 4. v. 29. præcipit Deus ei qui capram adduxerit offerendam pro peccato suo, *Nititor (inquit) manu sua super caput istius peccati, & jugulato peccatum istud in loco holocausti.* Hic per peccatum ipsam illam capram intelligit, cujus mactationem atque oblationem peccatum causaverat. Sic sæpius in illo capite, ac passim in toto illo libro.

Matth. 27. v. 25. dixit populus Judaicus Pilato de supplicio Christi: *Sanguis ejus veniat super nos & filios nostros; id est, sanguinis injustè effusi pœna.*

METONYMIA MATERIE.


Genes. 3. v. 15. *Semen mulieris conteret caput serpentis*

Sic scriptor pro scripto Actorum & Eunuchus
Regina Candace sedebat in curru legens Esaiam
Propheetam x. librum scriptum ab Esaiam.

Sic CHRISTVS inquit: Habent Moysen et
Propheetas id est libros scriptos a Moysse et
Propheetis.

Matt. 26

Mulier habens alabastrum unguenti
preciosi xrem uel pixidem ex alabastro
effertam.



Handwritten text on the right edge of the page, possibly a page number or marginal note, including the characters '11' and '11'.



serpentis. Id est, filius é semine mulieris nasciturus. Sic cap. 4. v. 25. Cùm Eva peperisset Sethum, dixit, *Reposuit mihi Deus semen aliud pro Habele.*

Gen. 15. v. 5. Cum Deus Abrahamum iussisset numerare stellas, subiecit, *Sic futurum est semen tuum.* Id est, posteritui tam numero si futuri sunt ut stellæ. Sic Gen. 17. v. 7. ait Deus, *se fore Abrahamo in Deum & semini ejus post ipsum.* Sic alibi passim.

Gen. 19. v. 8. ait Loth de duobus Angelis qui ad se diverterant, *Ingressi sunt sub umbram tigni mei;* id est, tabulati mei ex tignis constructi.

Gen. 23. v. 9. petit Abraham ut Ephron sibi vendat speluncam pleno argento; id est iustâ pecuniâ.

M E T O N Y M I A E F F E C T I

propriè dicti.

Gen. 25. v. 23. ait Deus ad Rebeccam, quum in utero ferret geminos, Esavum scilicet & Jacobum: *Duæ gentes sunt in ventre tuo;* id est, duarum gentium auctores: nempe Esau, Idumæorum; & Jacob, Israëlitarum sive Judæorum.

Gen. 27. v. 2. ait Moses de uxoribus quas duxerat Esau: *Quæ fuerunt amaritudo spiritus Isaaco & Rebecca;* id est, amaritudinis causa. Estque simul metaphora.

B v

Gen. 31. v. 42. ait Jacob ad Labanum socerum: *Nisi Deus patris mei, Deus Abrahami & pavor Isaaci adfuisset mihi; id est, Deus qui pavorem incusserat Isaaco, quum is intellexisset se mihi benedixisse loco Esavi; adeo ut benedictionem illam non revocaverit. Ibidem v. 53. dicitur Jacob jurasse Labano per pavorem patris sui Isaaci.*

Gen. 31. v. 1. filii Labanis de Jacobo conquerentes ac murmurantes, dicunt: *Ex eo, quod erat patris nostri, comparavit omnem gloriam istam; id est, omnes divitias istas: divitiæ enim gloriosæ sunt.*

Gen. 18. v. 21. ait Deus Abrahamo de Sodomitis; *Videbo, num fecerint consumptionem; id est, facta digna consumptione, seu propter quæ consumantur.*


*Vel efficiens
mortem
hæc enim nihil
sibi*

2. Reg. 4. v. 40. filii prophetarum quum colochyntidas herbam venenatam edere cœpissent, exclamant ad Elisæum: *Mors est in olla, ô vir Dei.* Id est, res mortifera seu letalis.

Luc. 11. v. 14. *Ejecit Christus demonium quod erat mutum; id est, quod hominem quem possidebat, reddebat mutum.*

Joh. 11. ait Christus ad Martham: *Ego sum resurrectio; id est, is qui ex morte excitare potest, & excitat quoties vult.*

1. Corinth. 1. *Christus est nobis factus à Deo sapientia & justitia & sanctificatio & redemptio;*
hoc



11
LH 11



hoc est, istarum rerum author sive effector.

M E T O N Y M I A E F F E C T I
destinati.

Gen. 20. v. 16. ait rex Abimelech ad Saram de Abrahamo: *Ipsa tibi est operimentum oculorum*; id est, maritus; nam propter maritum velatur uxor, in signum subjectionis. Itaque huic opposita metonymia est, nempe metonymia finis, qua scilicet ex fine intelligitur destinatum, in illo Pauli 1. Cor. 11. v. 10. ubi ait, *Propter hoc debet mulier potestatem habere in capite, propter Angelos*; id est, velamen in signum potestatis, hoc est, quod potestati viri subiecta sit.

Gen. 21. v. 19. *Deus aperuit oculos Hagare*; id est, effecit ut videret fontem vicinum, quem antea quamvis apertis esset oculis, non videbat. Etenim videndi gratia oculos aperimus. Sic Luc. 24. v. 31. *dicuntur aperti fuisse oculi duorum discipulorum qui iverant in Emmaus*: quum scilicet Christum agnoscerent: quem antea in via quantumvis videntes non tamen agnoscebant. Atq; hinc metonymia est in ipsa phrasi; sicut & in duobus exemplis proxime-sequentibus.

Gen. 25. v. 27. *dicitur Jacob habitasse in tentoriis*; id est, exercuisse pecuariam & rem domesticam.

Gen. 41. v. 44. ait Pharaon ad Josephum: *Sine te non attollet quisquam manum suam aut pedem suum*; id est, nihil aggredietur sive tentabit quisquam; hinc est hyperbole.

Reperitur quoque metonymia effecti in verbo (quod sic specialiter Grammatici appellant) unico: ut Esa. 24. v. 7. *Lugebit mustum, languebit vitis*; id est, mustum non bibetur, ut antea, cum cantico, ac proinde tanquam contemptum lugebit. Vitis autem ab hostibus evellatur & auferetur, & idcirco languebit. Concurrunt autem hinc duo tropi, metaphora & metonymia effecti: & uterque est in verbis illis, *lugebit, languebit*.

Hujus loci est illud Davidis de aqua, quam tres heroës cum periculo capitis attulerant e loco hostili: *Absit ut bibam sanguinem istorum virorum*; id est, aquam propter quam illi sanguinem suum fundere parati fuerant. 2. Samuel. 23. v. 17.

METONYMIA SUBJECTI.

Genes. 3. v. 1. *Serpens loquutus est cum Eva*; id est, diabolus in serpente.

Gen. 6. v. 11. *Terra corrupta erat*; id est, homines in terra, seu incolæ terræ. Sic Gen. 41. v. 30. *Consumet fames terram*. *h. e. homines in terra*

Sic mundus pro hominibus qui sunt in mundo; ut Johan. 3. *Sic Deus dilexit mundum*.

1. Joh.

Matthaei 23. Hierusalem Hierusalem q̄ occidis
Prophetas et lapidas eos q̄ missi sunt ad te.
incubae.

1. Joh. 2. v. 2. *Christus est propitiatio pro peccatis totius mundi*; id est, electorum in toto mundo. Matth. 5. v. 29. ait Christus, *Si oculus tuus dexter te scandalizat, erue eum & abjice abs te*; id est, resiste libidini quæ sese in oculo exferit, eamque extingue.

Huc pertinent illæ locutiones, quibus res significata enuntiatur de signo; ita scilicet ut signum dicatur esse ipsa res significata: cujus tamen propriè loquendo nil nisi adjunctum est, ad eam scilicet significandam adhibitum; ut Gen. 40. v. 12. ait Joseph de tribus illis palmitibus, quos pincerna Pharaonis viderat in somno: *Tres illi palmitēs, tres dies sunt*, id est, significant tres dies. Similiter v. 18. *Tria canistra illa, tres dies sunt*. Sic Gen. 41. v. 26. *Septem illa vacca bonæ, septem anni sunt: & septem illa spica bonæ, septem anni sunt*.

Sic Luc. 18. v. 11. ait Christus, *Semen est sermo Dei*; id est, Semen illud de quo dixi in parabola quod ita variè spargitur, significat sermonem Dei; est imago quædam sermonis Dei, naturam illius declarans.

Eadem est ratio loquutionum Sacramentalium: ut Genes. 17. v. 10. ait Deus ad Abrahamum: Hoc est fedus meum inter me & inter vos & inter sementuum post te, quod servabitis: ut circumcidatur vobis omnis mas; hîc circumcisio

dicitur esse fedus, id est signum federis: sicut
mox ipse Deus explicat v. seq. inquit: Cir-
cumcidite igitur carnem præputii vestri, ut sit in si-
gnum federis inter me & inter vos. Unde & Pau-
 lus Rom. 4. v. 11. ait, Accepit Abraham signum cir-
cumcisionis, hoc est, circumcissionem tanquam
signum nempe federis.

Sic Exod. 12. v. 11. agnum illum paschalem
comedere jubet Moses cum festinatione,
subiciens hæc verba: Pascha est Jehova; ubi
agnum illum dicit esse pascha, id est, trans-
itum Jehovæ: quia erat monumentum seu si-
gnum memoriale illius transitus quo Je-
hova noctu percutiens primogenita Ægy-
ptiorum, pepercerat Israëlitis, eâque occa-
sione eos eduxerat ex Ægypto, liberatos à
tyrannide Ægyptiorum; sicut ipse Moses
declarat eod. cap. v. 14. & 27. Hinc illæ phra-
ses: Parare pascha, edere pascha, hoc est, agnum
qui erat signum memoriale paschæ seu trans-
itus illius. ut Matth. 26. v. 17. dicunt discipuli
Jesu, Ubi vis paremus tibi ad vescendum pascha? Et
mox v. 18. Apud te facio pascha; id est macto.
Item v. 9. Paraverunt pascha. Sic in institu-
tionem sacræ Cœnæ, de sanctificato pane di-
xit Christus: Hoc est corpus meum; id est, Hic
panis quem frangendo & gratiis agendis
sanctificavi, est signum corporis mei: signi-
ficans nimirum & testificans, corpus meum
 pro

Sic dicimus comedere corpus & bibere sanguinem
Christi p̄ comedere panem & bibere uinum adiuuatum
signum & sigillum corporis Christi. Metonymia ē in
predicatio. Quare igr̄ idē uerū contra morem tropo-
rum h̄c locutiones sacramentales proferuntur p̄ tres

- causas.
- 1 Propter Analogiam significationem & relationem signi
ad rem signatam ideo dicitur Signum & in q̄or.
 - 2 Propter obsignationem ideo dicitur Sigillum & q̄or.
 - 3 Propter coniunctam exhibitionem et perceptionem
corporis Christi in uero uso unde dicitur recordatio
ἀνάμνησις.

Cur ergo idē uerū et in
coniunctis uocibus contra
morem troporum

Sic GENESIS 49
Non auferetur sceptrum de Iuda
id est rex uel regnum.

pro vobis in mortem dari ad crucifigen-
dum.

Sic I. Corinth. 10. v. 16. Poculum benedictio-
nis cui benedicimus, nonne ^{est} ~~communio~~ sanguinis
Christi est? Panis quem frangimus, nonne commu-
nio corporis Christi est? Id est, Poculum sacræ
Cœnæ, est signum ac testimonium com-
munionis, quam fideles inter se habent in
sanguine Christi tanquam communi bo-
no, communiter scilicet pro omnibus fide-
libus effuso. Itemque panis sacræ Cœnæ,
est signum ac testimonium communionis
quam fideles inter se habent in corpore
Christi tanquam communi bono, com-
muniter scilicet pro omnibus fidelibus cru-
cifixo.

M E T O N Y M I A A D J U N C T I .

Gen. 6. v. 11. Terra impleta erat violentiâ; id
est, hominibus violentis.

Gen. 35. v. 14. Statuerat veró Jacob statuam:
insperfitq; ei insperfusionem; id est, liquorem qui
spargitur.

Gen. 31. v. 54. Tunc maçtavit Jacob maçtatio-
nem; id est, animalia ad convivium maçtari
solita. Sic Gen. 43. v. 16. ait Joseph præfe-
cto domui suæ: Maçta maçtationem & prepa-
ra: nam mecum comedent homines isti hac meri-
die.

Gen. 42. v. 9. ait Joseph fratribus suis: *Exploratores estis: ad observandum nuditatem hujus terræ venistis; id est, partes nudas seu loca nuda, hoc est non munita; hîc simul metaphora est.*

Gen. 14. v. 22. ait Abraham ad regem Sodomæ: *Extuli manum meam ad Jehovam, si accipero á filo usq; ad corrigiam calceamenti, &c.* Id est, Juravi me nihil accepturum; nam hic gestus erat signum adjunctum juranti. Atq; hîc rursus metonymia est non in unica voce, sed in tota phrasi. Qualis etiam est in hoc exemplo, Esa. 7. v. 16. *Quum nondum noverit hic puer spernere malum & eligere bonum; id est, quum nondum adoleverit, qua ætate discriminant adulti inter bonum & malum. Itaq; per hæc exempla datur exceptio contra vulgare præceptum, quod tropus sit in vocibus singulis. Est enim nonnunquam in conjunctis: ut exempla proposita evincunt. Unde & hoc perspicitur, Metonymiam locum habere non solùm in nominibus (sicut imperito alicui ex nominis *μετωνυμίας* origine videri queat) sed etiam in verbis.*


Matth. 10. v. 34. ait Christus, *Non veni missurus pacem, sed gladium; id est, discordiam: cujus signum est gladius.*

I R O N I A.

Gen. 3. v. 22. ait Deus de Adamo & Eva,
quum

2444





quum eos vestivisset tunicis pelliceis: Ecce homo evasit sicut unus ex nobis. Id est, minimé consecutus est quod ex Diaboli promisso sperabat, nempe æqualem gloriam cum Deo: sed contrá fœdam nuditatem sibi attraxit.

Matth. 26. v. 45. Christus in horto discipulis dormientibus dicit: Dormite quod superest, & requiescite: Ecce appropinquavit hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum. Id est, nolite dormire, sed vigilate.

I. Cor. 4. v. 8. gravissimam ironiam Paulus adhibet ad ambitiosos quosdam pudefaciendum: Jam saturati estis, inquit, jam ditati estis, absq; nobis regnum adepti estis.

Zach. II. v. 13. Magnificum pretium quo pretiosé estimatus sum ab illis; id est, minimé magnificum, sed admodum vile.

Marc. 7. v. 9. ait Christus Scribis & Pharisæis: Sané bene abrogatis mandatum Dei, ut traditionem vestram servetis. Id est, pessimé ac perversissimé agitis.

M E T A P H O R A .

Gen. 2. v. 1. Itaq; perfecti sunt cœli & terra, & omnis exercitus eorum. Exercitus, id est, quæcunq; in cœlo & á terræ centro usq; ad cœli convexum ordinata extant: quibus cœlum & terra cohonestantur, sicut imperatores suis exercitibus.

C

Genes. 4. v. 10. ait Deus ad Cainum: Ecce vocem sanguinum fratris tui, clamantium ad me de terra. Hic est metaphora illustris, rei inanimæ sensum actumq; tribuens.

Ibidem v. 11. Terra os suum aperuit ad excipiendum sanguinem fratris tui de manu tua.

Genes. 15. v. 1. dixit Deus Abrahamo, Ego clypeus sum tibi; id est, protector seu defensor.

Gen. 22. v. 1. Deus tentavit Abrahamum; id est, instar tentantium, examini eum subiecit; ut palam fieret, qua fide erga ipsum præditus esset. Hoc genus metaphoræ á Theologis vocatur ἀνθρωποπαθεία, quum scilicet Deo tribuuntur quæ propriè ad hominem pertinent.

Compositum ab
ανθρωπος
Homo et παθεῖν
affectus à verbis
παθῶ παθῶ a. 2.
το δὲ ἔσθ' ἡ ψ. 44.

Sic Gen. 6. v. 6. Pœnituit Jehovah, & dolore affectus est in corde suo. Ibid. v. 12. Quum inspiceret Deus terram. Gen. 8. v. 1. Quum recordaretur Deus Noachi. Ibid. v. 21. Odoratusq; Jehova odorem illum gratum (nempe sacrificii Noachi) dixit in corde suo. Sic Deo tribuitur recordari Gen. 9. v. 15. 16. aspicere Gen. 9. v. 16. descendere Gen. 11. v. 5. 7.

Matth. 5. v. 13. ait Christus apostolis, Vos estis sal terra; id est, doctrinâ Evangelii conservatis corda hominum ne putrescant in peccatis. Et mox v. 14. Vos estis lux mundi; id est, doctrinâ Evangelii illuminatis mentes hominum verâ cognitione Dei.

Matth.

Matth. 16. v. 6. ait Christus discipulis, *Ca-
vete á fermento Phariseorum & Sadduceorum*; id
est, á doctrina eorum quæ totum hominem
instar fermenti inficit. Sicut ibidem exponi-
tur v. 12.

Joh. 11. v. 11. ait Christus, *Lazarus amicus no-
ster dormit*; id est, mortuus est: sicut ibidem
exponitur v. 13. nam Christus volebat eum
ex morte excitare: sicut & fecit.

Joh. 2. v. 19. ait Christus Judæis: *Destruite
templum hoc, & tribus diebus erigam illud*. Lo-
quebatur autem de corpore suo, ut ibidem
exponitur v. 21. nam in illo corpore tota
plenitudo deitatis habitabat personaliter:
sicut & habitabit in æternum.

1. Cor. 3. v. 16. *An nescitis vos esse templum Dei,
& Spiritum Dei habitare in vobis*; nempe per
gratiam & certa dona.

Psal. 22. v. 7. ait Christus, *Ego sum vermis*; id
est, contemptus istar vermis: sicut sequentia
ibi declarant.

1. Sam. 24. v. 15. ait David Sauli ipsum per-
sequenti: *Persequeris canem mortuum, persequeris
pulicem unum*; id est, hominem tenuissi-
mum, infimum ac nullâ potentiâ præditum;
hîc est hyperbole.

Gen. 26. v. 19. *Invenerunt puteum aquarum
viventium*; id est, perennium & perpetuó sca-
turientium.

Sic dicitur *os putei*, foramen illius, propter similitudinem figuræ: Genes. 29. v. 2. Sic *os mantice*, Gen. 42. v. 27.

Genes. 34. v. 30. ait Jacob filiis suis, postquam interfecissent Sichemitas: *Perturbastis me, faciendo ut foeteam apud incolas regionis hujus; id est, ut æquè sim odiosus & invisus ac res foetidæ hominibus.* Joh. 15. v. 1. & 5. ait Christus, *Ego sum vitis illa vera: vos estis palmites.* Nam quemadmodum ex vite succus influit in palmites, cujus vi illi fructum ferunt: ita ex Christo quasi influit gratia Spiritus sancti in fideles, cujus vi fructum bonorum operum ferunt.

Joh. 1. v. 1. *In principio erat ð λόγος, sermo ille;* id est, filius Dei unigenitus, Dominus noster Jesus Christus, per quem nobis Pater patefecit arcanam suam voluntatem de nostra salute: sicut nos per sermonem patefacimus aliis animi nostri sensa.

Malach. ult. circa finem ait Deus populo suo: *Ecce ego missurus sum vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Jehova maximus & reverendus;* id est, Johannem Baptistam instructum spiritu & virtute Eliæ: ut exponit Angelus Luc. 1. v. 17. & Christus Matth. 11. v. 14.

SYNECDOCHE MEMBRI.

Caro pro toto homine. Gen. 6. v. 12. *Corruerat omnis*

0
1504



omnis caro viam suam. Esaiæ 40. v. 6. Omnis caro gramen. Rom. 3. v. 20. Non justificabitur ex operibus ulla caro. Johan. 1. v. 14. Sermo ille caro factus est.

Anima pro toto homine. Gen. 17. v. 14. Mas qui non circumciderit carnem preputii sui, utiq; excindetur anima illa e populis suis. Ezech. 18. v. 20. Anima que peccat, ipsa morietur. Gen. 46. v. 26. Omnes anime, que ingressæ sunt cum Jacobo in Aegyptum, egressi e femore ejus, erant anime sexaginta sex. Act. 3. v. 23. Omnis anima que non auscultarit prophetam illum (nempe Christum) disperdetur e populo.

Numerus singularis pro plurali. Gen. 12. v. 3. Erat Cananeus in ea regione; id est, Cananæi. Sic Gen. 13. v. 7. Cananeus & Pheriseus tunc habitabat in terra illa. Sic Gen. 24. v. 3. Abraham adjurat servum suum ne filio suo Isaac accipiat uxorem ex filiabus Cananæi.

Cras pro toto tempore futuro. Gen. 30. v. 33. ait Jacob Labano, Sic attestetur mihi justitia mea cras.

Heri & nudius tertius pro toto tempore preterito: Gen. 31. v. 2. Vultus Labani non erat erga Jacobum sicut heri & nudius tertius.

Bibere pro convivari. Gen. 43. v. 34. de fratribus Josephi dicitur: Biberunt, & inebriati sunt cum eo. Ubi obiter notandum, inebriandi verbo non significari repletionem istam

plus quám belluinam, quæ apud vini potores in usu est: sed ejusmodi vini potum, quo & sitis extinguitur & animus exhilaratur. Sic Joh. 2. v. 10. Vide Haggæi 1. v. 6.

SYNECDOCHE SPECIEI.

Panis pro cibo. Gen. 3. v. 19. In sudore vultus tui vesceris pane.

Pater, id est author. Gen. 4. v. 20. Jabal fuit pater degentium in tentoriis, & pecuaria.

Frater pro agnato vel cognato. Gen. 14. v. 14. Cum audisset Abraham, captivum esse fratrem suum; id est agnatum, nempe Lotum. Gen. 29. v. 12. nuntiauit Jacob Racheli, se fratrem esse patris ipsius; id est cognatum. Sic Evangelistæ cognatos Christi nominant fratres ejus: ut Matth. 12. v. 46. Joh. 7. v. 3. & 5.

Hic crebra est hyperbole: ut Gen. 11. v. 14. Exstruamus turrim cujus fastigium assurgat in cœlum; id est quám altissimé. Gen. 14. v. 23. negat Abraham se de præda accepturum á filo usq; ad corrigiam calceamenti; id est, ullam rem etiam vilissimam. Genes. 27. v. 46. Rebecca suadet filio Jacobo ut metu fratris fugiat ad Labanum, & cum eo maneat dies unos; id est, paucissimos. Sic cap. 29. v. 20. Servivit Jacob pro Rachele septem annos: qui fuerunt in oculis ejus tanquam dies uni, id est, paucissimi. Genes. 41. v. 47. Produxit terra septem illis
annis

+ Itaq̄ quod aliās concretum dicunt, erit integrum ab-
stractum uerò erit uelut membrum, nempe logice intellectū.
Etsi n. à uicē 1505. Indivisibilis ē persona Christi: Tamen
patres Orthodoxi docendi causa ita loquuntur, ut p̄sona
totum appellent, naturas autem partem. Itaq̄ logice: Uti
de Deurbusium 724 p̄dagog. II parte. 13

annis saturitatis, *manipulatim*; id est, maximo proventu; quasi dicat, Ex uno grano integer manipulus colligebatur.

Sic septies, item decies, pro multoties. Gen. 33. v. 3. *Jacob versus fratrem Esau incurvabat se in terram septies.* Gen. 31. v. 7. ait Jacob, *Labanum mutasse mercedem suam decies.*

SYNECDOCHE INTEGR I.

Gen. 16. v. 2. ait Sara, *Occlusit me Jehova*; id est, uterum meum.

Pluralis pro singulari. Gen. 21. v. 7. *Certó lactabit filios Sara*; id est, filium.

Matth. ult. ait Christus, *Ego sum vobiscum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.*

Intellige, secundum deitatem: nam secundum humanitatem mundum reliquit, & in celo manet usque ad diem judicii. Joh. 8. *Antequam Abraham fieret, ego sum.* *Intellige item, secundum deitatem: nam secundum humanam naturam fuit Abrahamo posterior, quippe ex illius semine ortus.*

Item secundum humanitatem ait. Me non sepe habebitis.

Hujus loci est quæ in scholis Theologorum vocatur communicatio idiomatum, κοινωσία ἰδιωμάτων: quæ nihil aliud est quam synecdoche integri, t̄qua quod alterutrius in Christo naturæ proprium est, toti personæ tribuitur, ab altera natura denominatæ: propter hypostaticam seu personalem dua-

*Explicata Sac
exemplis.*

rum illarum naturarum unionem; ut Joh. 3. vers. 13. Christus cum Nicodemo colloquens ait, Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit e caelo, Filius hominis qui est in caelo. Christus tunc nondum erat in caelo, quatenus erat filius hominis seu secundum naturam humanam: sed tantum secundum divinam. Sic Joh. 6. v. 62. Quid si videritis filium hominis ascendentem eo ubi erat prius? Atque in his denominatione facta est a natura humana: contra a natura divina in istis: I. Cor. 2. v. 8. Dominum gloriae crucifixerunt; id est, Christum qui est Jehova ille gloriae plenus, crucifixerunt in assumpta carne. Act. 20. v. 29. Deus Ecclesiam acquisivit proprio sanguine; hoc est, Christus, filius Dei, qui est verus ille Deus cum Patre & Spiritu sancto, sanguinis effusionem perpeffus est in sua carne, & illa effusione redemit Ecclesiam.

SYNECDOCHE GENERIS.

Genes. 31. v. 21. Jacob fugit cum omnibus quae habebat, & surgens trajecit flumen; id est, Euphratem: qui medius est inter Mesopotamiam, unde: & Cananaeam, quod fugiebat Jacob.

Huc pertinent ea dicta, in quibus vocabulo *Dei* (quod generale & tribus personis commune est) intelligitur una aliqua persona

sona

sona S. Trinitatis: interdum Pater, idq; frequentissimé, propter principatum originis: ut Gal. 4. v. 4. *Quum vénit plenitudo temporis, emisit Deus Filium suum, &c.* Et paulò pòst v. 6. *Quoniam estis filii, emisit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra.* Interdum Filius: ut Act. 20. v. 28. *Deus acquisivit ecclesiam suo sanguine.* Interdum Spiritus sanctus: ut Act. 5. v. 4. ait Petrus Ananiae, *Non es mentitus hominibus, sed Deo; quod ipsum paulò antè effatus erat his verbis; Anania, cur implevit Satanas cor tuum ut mentireris Spiritui sancto?*



E X E M P L A T R O -
P O R U M C O N C U R R E N -
T I U M I N U N A V O C E .

S Y N E C D O C H E M E M B R I

gemina.

Genef. 14. v. 21. dixit rex Sodomæ ad Abramum, *Da mihi animam;* id est, homines: nempe quos é captivitate liberatos reduxisti. Hic primùm positus est numerus singularis pro plurali: deinde forma pro integro ex materia & forma composito.

C v

Gen. 15. v. 16. *Nondum completa est iniquitas Amoraei; id est, Amoræorum & reliquorum populorum qui in fine illius capituli enumerantur: nempe Kenæorum, Kenizzæorum, Kadmonæorum, Chittæorum, Perizzæorum, Raphæorum, Cananæorum, Girgassæorum & Jebussæorum.*

SYNECDOCHE MEMBRI ET SYNECDOCHE integri: *id est, duo tropi inter se contrarii.*

Psal. 16. v. 10. *Non derelinques animam meam in sepulchro; id est, me ipsum; hinc est synecdoche membri. Deinde, Me ipsum, id est, corpus meum; hinc est synecdoche integri.*

METONYMIA MATERIÆ
& *Synecdoche speciei.*

Gen. 29. v. 14. *dixit Laban Jacobo, Profectus os meum & caro mea es; id est, Factus es ex osse & carne ejusdem generis atque originis cum meo osse & mea carne.*

Sic Gen. 37. v. 27. *Juda de Josepho ad fratres ait: Frater noster, caro nostra est.*

METONYMIA EFFECTI ET
synecdoche generis.

Genes. 30. v. 23. *Rachel quum peperisset filium, dixit: Abstulit Deus opprobrium meum; id est,*

id est, rem probrosam, nempe sterilitatem; nam sterilitas apud veteres maledictio reputabatur: ut contra filiorum procreatio, benedictio Dei.

Gen. 32. v. 20. ait Jacob de fratre Esau: *Placabo vultum ejus hoc munere.* Vultum scilicet iratum: id est iram.

METONYMIA GEMINA: ALTE-
ra effecti, altera adjuncti.

Genes. 42. v. 38. Jacob de Benjamine filio ad reliquos filios ait: *Quod si obveniret ei exitium in via per quam ituri estis, demitteretis canitiam meam cum mœrore in sepulchrum,* id est, me jam senem & ex senectute canum. Canities pro senectute, metonymia effecti est: senectus pro sene, metonymia adjuncti.

METAPHORA ET METONY-
mia adjuncti.

Genes. 33. v. 19. dicitur de Jacobo, quod emerit portionem à filiis Chamoris, *centum pecudibus;* id est, centum numis quibus pecudis imago impressa erat. Pecus pro imagine pecudis, metaphora est: & imago pecudis pro numo cui insculpta est, est metonymia adjuncti.

Sic Job ult. v. II. cognati & familiares Jobi, illi in integrum restituto gratulantes,

dederunt quisque *pecudem unam* (id est nummum unum) & monile unum aureum.

METAPHORA ET SYNECDO-
che generis.

Gen. 21. v. 1. *Jehova visitavit Saram quemadmodum dixerat*; id est, exsequutus est promissum bonum, dando ei filium Isaacum. Visitare dicitur Deus per *ἀνδρωποπάθειαν*, id est metaphoram á natura & consuetudine hominum ductam; deinde visitare interdum dicitur Deus, quum exsequitur denuntiátum malum: ut Esa. 23. v. 17. *Visitabit Jehova Tyrum*; id est, excindet per Alexandrum. Visitandi igitur verbum quum generale & (ut Grammatici loquuntur) *μέσον* sit: specialiter nunc in bonam, nunc in malam partem accipitur.

EXEMPLA PERIPHRASIUM.

Periphrasis vocatur, quum loco nominis usurpatur quædam rei descriptio; ut, Gen. 34. v. 24. *Auscultantes itaque Chamori & Schecemo filio ejus, omnes egredientes portâ civitatis ejus, circumcisi sunt omnes mares. Egredientes portâ civitatis, id est, cives: periphrasis ex effectis & subjectis. Idem Gen. 23. v. 10. dicuntur Ingredientes portam civitatis. Gen. 38. v. 14. Confedit Thamar nurus Judæ,*

dæ, in porta oculorum; id est, in bivio quo oculis quodammodo aperitur janua, ut illorum intuitus huc illuc ferri possit.

Johannes Baptista Christum digito demonstrans agebat, *Ecce agnus ille Dei qui tollit peccatum mundi; id est, ecce Christus.*

Johan. 3. v. 26. discipuli Johannis Baptistæ ad præceptorem dicunt: *Is qui tecum erat trans Jordanem, cui tu testimonium dedisti, ecce baptizat; id est, Jesus baptizat.*

Johan. ult. v. 20. *Conversus Petrus videt illum discipulum quem diligebat Jesus, sequentem: qui & recubuerat in cœna super pectus ejus, & dixerat, Domine quis est ille qui te prodit? hoc est, videt Johannem: sicut ipsemet exponit eod. cap. v. 4.*

F I N I S.



Tabula troporum.

			{ Ceres pro frugibus.
		{ Efficientis, { Livius pro historia	
		ut { Livii.	
		Materia, ut	AEs pro aeneis nummis.
			{ Pallidum pro palli-
			fico.
	{ 1. Metony-	{ Effecti, ut	{ Mors pro mortifero: ut
	mia est aut		Mors est in olla. 2. Re-
			gum 4.v.40.
		{ Subjecti, { Urbs pro civibus.	
		ut { Dux pro exercitu.	
			{ Luxuries pro luxurio-
		{ Adjuncti, { so.	
		ut { Toga pro pace.	
Tropus est aut			2. Ironia, ut Bone vir, pro nequam.
			3. Metaphora, ut Alere pro conservare.
			{ Membri, ut tecta pro domo.
			Speciei, ut parricida pro homicida.
	{ 4. Synec-	{ Integri, ut Xanthus pro parte Xan-	
	doche, est	thi.	
	aut	Generis, ut Virtus pro fortitu-	
		dine.	

Nu

Fol 375

W. M. G. Relam.
VII 1773

Coniugata sapiens sapientiam
falsis factis do
suis. Ad. Legum & ordo
Liquor & P. melle si hinc
Tabula & P. f. m. m.
Ad hoc non m. m.


(x2202882)


sb.

M

F 11 11







B.I.G.

Farbkarte #13

RUDIMENTA
RHETORICÆ
DE TROPIS
ET FIGURIS,

Ex libro primo Rhetoricæ
Talæi excerpta

In usum Scholæ Herbornensis.

Adjecta sunt exemplâ troporum è sacris
litteris collecta per

JOHANN. PISCATOREM.

EDITIO SECUNDA,

Recognita & correctâ: nec non sacris quibusdam
exemplis aucta.



HERBORNÆ
Ex officina Christophori Corvini.

clō lō xclx.

